

Conventiculum Luerense



EUROPA LATINA

Europa Latina



Lyceum *D.Celeri*



A die 22 ad diem 29 mensis Iulii MMXVIII (sive ab a.d. XI ad a.d. IV Kal. Sext.)

Ex consilio operis fundati c.n. Europa Latina indicimus *Conventiculum Luerense*, ad quod invitantur omnes litterarum Latinarum studiosi, sive ii magistri, sive discipuli sunt, sive per otium animique causa huic linguae student. Conventus celebrabitur ab a.d. XI usque ad a.d. IV Kal. Sext. Luere. Scholae habebuntur cum in Academia Tadiniana, tum in aedibus Lycei *D. Celeri*. Participes cotidie scholas audient de eis scriptoribus, qui inde a Romanorum aetate usque ad tempora nostra situm lacus Sebini maximasque res, quae in agro Camunno Brixianoque gestae sunt, Latina oratione descripserunt. Multa insuper oppida praeclara visent, necnon aedes operaque

summo artificio facta, quae eos admonebunt cum de Camunorum Romanorumque antiquitatibus, tum etiam de rebus posterius in hac regione gestis. Id enim propositum est, ut Brixiam, Luer, Pisonium, Cavellas, Praetorium, Civitatem Camunorum, Caput Pontis Cemmi iustremus singulaque de monumentis quae ibi sunt Latine exponamus. Huius conventus auctores id praeterea custodient, ut participes perpetuo ac fere sine intermissione Latine loquendi ac scribendi facultate exerceantur. Quem ad finem scholae, peregrinationes, ceteraque omnia quae per illos dies instituentur nonnisi sermone Latino habebuntur.

Index rerum agendarum:

die 22 m.Iulii (die Solis)

Participes in deversorium recipientur.

17:00-17:45 Auspicatio conventiculi Luerensis, salutationes.

17:45-19:45 scholae.

20:30 cena Luere.

die 23 m.Iulii (die Lunae)

07:30-8:45 ientaculum.

09:00-10:30 scholae.

10:30-10:45 pausa.

10:45-12:30 scholae.

12:30-14:30 prandium.

14:30-16:00 scholae.

16:00-18:00 In aedibus Tadinianis visemus deinceps pinacothecam, bibliothecam, sacellum.

18:00-19:00 sinum oppidi visemus.

19:00-20:00 ad deversorium revertemur.

20:00-21:30 cena.

22:00-23:00 Aedem Sanctae Mariae visemus.

die 24 m.Iulii (die Martis)

07:30-8:45 ientaculum

09:00 Brixiam vehemur raeda longa

10:30-12:00 Universitatem studiorum Brixianam lustrabimus.

12:00-13:00 Forum templi cathedralis, Forum Porticus, Forum Victoriae visemus.

13:00-14:30 Prandium.

15:00-16:30 Musaeum divae Iuliae.

16:30-18:00 Forum Romanum lustrabimus.

18:00-19:00 Arcem visemus.

19:00 Luer revertemur.

20:30 cena Luere.

die 25 m.Iulii (die Mercurii)

07:30-8:45 ientaculum

09:00-10:30 scholae

10:30-10:45 pausa

10:45-12:30 scholae

12:30-14:30 prandium

14:30-15:30 scholae

15:30-17:00 Monasterium Capuccinorum visemus.

17:00-18:00 turrem municipalem visemus.

18:00-19:00 Sacrarium divae Bartholomaeae et divae Vincentiae lustrabimus

20:00-21:30 cena Luere.

22:00-23:00 aedem divi Georgii visemus.

die 26 m.Iulii (die Iovis)

07:30-8:45 ientaculum.

09:00-9:45 vehemur ad Caput Pontis Cemmi.

9:45-12:00 Caput Pontis Cemmi visemus

12:30-14:30 prandium.

14:30-15:00 Brenum vehemur.

15:00-16:00 Sacrarium Minervae Brenensis lustrabimus.

16:00-17:00 Amphitheatrum, quod in Civitate Camunnorum situm est, visemus.

17:00-19:00 Ibidem Museum Antiquitatum Camunnicarum visemus.

19:00-19:45 Luer vehemur.

20:00 cena Luere.

die 27 m.Iulii (die Veneris)

07:30-8:45 ientaculum.

09:30 lintrem conscendemus-9:45 lintre Pisonias appellemus.

9:45-12:30 Pisoniis lustrabimus turrem, sinum oppidi, fanum Sanctae Mariae Adsumptae, aedem Sanctae Mariae Niveae operaque tectoria a Romanino picta.

12:30-14:30 prandium Pisoniis.

14:30 (orario battello)-14:45 Luer revertemur.

15:00-16:45 scholae

16:45-17:00 pausa.

17:00-18:30 scholae

19:00 in deversorium revertemur.

20:00 cena Luere.

die 28 m.Iulii (die Saturni)

07:30-8:45 ientaculum.

09:00-10:45 scholae

10:30-10:45 pausa.

10:45-12:30 scholae

12:30-14:30 prandium.

14:30-16:30 scholae

16:30-17:00 vehemur Cavellas

17:00-17:30 Cavellis reliquias pagi Romani visemus

17:30-18:00 vehemur

18:00-19:00 Praetorium visemus. Nos conferemus in deversorium *Hotel dell'Angelo*.

19:30-21:00 cena.

21:00-22:00 villam Romanam, quae Praetorii sita est, lustrabimus.

die 29 m.Iulii (die Solis)

07:30-9:00 ientaculum

09:00 orationes ultimae; dimissio participum.

11:00 tempus, ad quod participes ex deversorio decedere oportet

Doctores:

Giuseppe Marcellino (Ludwig-Maximilians-Universität, München)
[<https://scuola.academia.edu/GiuseppeMarcellino>]

Paolo Pezzuolo (Scuola Normale Superiore, Pisa)
[<https://scuola.academia.edu/PAOLOPEZZUOLO>]

PLVRA INDICIA:

De situ scholae:

Scholae habebuntur Luere in aedibus Academiae Tadinianae, Bibliothecae municipalis, Lycei *Decio Celeri*.

De diplomate magistrorum:

Conventu peracto magistris scholarum lyceorumque tradetur diploma, sigillo lycei c.n. "Decio Celeri" consignatum, in testificationem scholarum quibus interfuerint. Vis huius diplomatis agnoscitur a magistratibus Italis: namque scholae nostrae habentur inter incepta *augendae atque locupletandae magistrorum doctrinae*.

Ut Luer pervenias:

- Mediolano: conscende raedam societatis SAB, quae proficiscitur a statione *Sesto Marelli* et a statione *Sesto San Giovanni* (h.e. *Sesto Marelli* vel *Sesto San Giovanni* -> *Lovere*). Plura de temporibus, quibus raedae hinc proficiscuntur, istic invenies: <http://www.bergamotrasporti.it/>. Vel, si hoc commodius, licet tramine (Trenitalia: <http://www.trenitalia.com/>) Bergomum petere: tum Bergomum cum perveneris, conscendes raedam societatis SAB (quae ex statione raedarum longarum proficiscitur) Luer versus.
- Ab aeriportu bergomati (*Aeroporto Orio al Serio*): in aeriportu ipso raedam societatis SAB conscendes, indeque recta Luer veheris. De temporibus, quibus raedae ex aeriportu Luer versus iter faciunt: <http://www.bergamotrasporti.it/>. Alioquin licet etiam Bergomum tramine (Trenord: <http://m.trenord.it/site-lite/index.html>) vehi, et in statione raedarum huius oppidi raedam SAB conscendere, quae Luer versus proficiscitur.

De deversorio (iis qui Luere non habitant):

Participes pernoctabunt in deversorio *Vulcano Village*, quod, cum ad lacus Sebini ripam situm sit, amplo venustoque aquarum conspectu fruitur. Licet plura conclavium lectorumque genera conducere.

Haec pretia complectuntur pernoctationes, ientacula, cenas/ prandia.

Pro singulis noctibus participes solvent:

42€, si in conclavi duorum triumve lectorum deversabuntur
37€, si in conclavi quattuor vel plurium (summum octo) lectorum
deversabuntur.
57€, si conclave privatum conducent.

ALIA:

-Die adventus, aditus ad conclave patebit ab 14.30 ad 23.00 horam
(Si quis alio tempore advenire volent, telephono adeant ianitores
deversorii *Vulcano Village* 035 983434).

- Die profectionis licebit conclave relinquere ab 08.00 ad 11.00
horam.

Atrium deversorii: apud cauponam *Vulcano*, apud Piazza Porto 18,
24063, Castro (BG), in ipsa lacus ripa, iuxta lanternam
semaphoricam.

De pretium scholarum, fasciculorum, itinerum:

70 € Europae Latinae sodali bus
100 € ceteris omnibus.

Qui in numerum participum recipi cupiunt, pecuniam (70 sive 100 €) perscribant
oportet intra pridie Kal. Iun. (vulgo, intra diem 31 m. Maii) operi fundato
Europae Latinae: IBAN: IT03M0521601619000000078360 Hanc indicabis
causam pecuniae solutae: *Conventiculum Luerense*.

In summis quas supra indicavimus continentur ientacula et alteruter ciborum
quos interdum sumemus (h.e. prandium cenave, prout ordo rerum agendarum
cotidie postulabunt). Pro reliquis cibis, necnon pro tesseris ad Musea visenda,
participes de suo solvent.

Pecunia soluta non restituetur. Testimonium participibus tradetur. In numerum
participum adscribentur summum 30 homines.

**SI NOMEN AD CONVENTUM DARE, VEL SI PLURA DE HOC INCEPTO
COGNOSCERE VIS, SCRIBE AD:**

luca.gandolfi1@studenti.unimi.it

Nomen dare licet intra **pridie Kal. Iun.** (vulgo, intra diem 31 mensis Mai).

Magistris Italis licebit tessera uti, quae '**Carta del docente**' vocatur (inspice Italicam interpretationem).